

51

dem horis ante mediam  $\sigma\upsilon\zeta\upsilon\gamma\iota\alpha\mu$ , si anomalia æqualis extiterit part. 270, scr. 57  $1^a$ . Vt. n. in uniuersum ociosa quæstio est de horis ante mediam syzygiã, dum anomalia maior est gradib. 31. uel minor 53. aut de horis post mediã syzygiam, quãdo eadem anomalia maior est partibus 207. minorq; partibus 328. ferè, ita etiam canonem nostrum ad necessarios tantum usus accommodandum esse censuimus.

Similis etiam usus est posterioris canonis. Verum quando conueniat ingredi uel priorem, uel posteriõrẽ canonem in hac  $\pi\epsilon\chi\upsilon\mu\alpha\tau\epsilon\iota\alpha$  id infra indicabo.

LXIII. P R A E C E P T U M. D E M O T U H O R A R I I S  
*rario Lunæ uel à Sole, uel à prima stella  $\vee$ , ante uel post  
 datos horas à media Syzygia data.*

In utroq; Canone distantia  $\sigma$  uel  $\circ$  ueræ à media adscriptus est motus horarius  $\vee$  à medio loco  $\circ$  tanquam lateralis differentia. Rursum igitur, ut in præcedenti præcepto, cum anomalia æquali, quæ cõgruit mediæ syzygiæ ingressus canonem uel priorem uel posteriõrẽ, (id quod postea disertè monebimus) excerpe motum horariũ sub dato numero horarum, & uenare, si opus est, partem congruentem addendam uel subtrahendam, prout anomalia uel descendit, uel ascendit in extremo limite, prorsus ut in præcedenti præcepto factum est. Verum ne quid ambigui relinquatur, accipe exemplum unũ atq; alterum.

In priori igitur duorum præcedentium exemplorum cum anomalia sit partium 36. scr. 55  $1^a$  ferè, primum 30. gradibus sub horis 10. respondet motus horarius  $\vee$  scr. 29  $1^a$ , 41  $2^a$ , sed 90. gradibus scr. 30  $1^a$ , 26  $2^a$ . Differentia igitur cõgruens 10. gradibus cum sit scrupulorum 47  $2^a$ , erit pars congruens 7. ferè gradibus scrupulorum 31  $2^a$ , quæ adiecta scrupulis 29  $1^a$ , 41  $2^a$  (quã motus horarius per totum hunc priorem semicirculum anomalix accrescit,) efficiunt uerum horarium  $\vee$  à medio  $\circ$  scr. 30  $1^a$ , 12  $2^a$ . Huius si adiunxeris æqualem horarium  $\circ$  scr. 2  $1^a$ , 28  $2^a$ , habebis uerum horarium à prima stella  $\vee$  ad datum momentum temporis scr. 32  $1^a$ , 40  $2^a$ .

In posteriori autem exemplo anomalia isidem est partium 30. scr. 3. ferè. Quæratu motus horarius 13. horis post mediã syzygiam elapsis. Ex canone igitur priori sub 13. horis respondet gradibus 30. quidam æqualis anomalix motus  $\vee$  horarius scrupulorum 29  $1^a$ , 16  $2^a$ , sed 90. gradibus scrupulorum 30  $1^a$ , 29  $2^a$ , ut sit differentia cõgruens 10. anomalix gradibus scrupulorum 47, unde conueniunt 9. partibus scrupula 39  $2^a$  ferè, quæ adiecta scrupulis 29  $1^a$ , 46  $2^a$ , cõstituant sub

Na 3 hoc